



59
 accipit centuplum in hoc seculo. & vitam aeternam in futuro. hoc est ergo acce-
 pisse in benedictionem gonethlam inferiorem & gonethlam superiorem.
 quam benedictionem oremus ut & nos consequi mereamur. per dñm nrm
 ih̄m xp̄m. cui gloria & imperium in saecula saeculorū. Amen. EXPL XX.

**INCIP OME LIA XXI. DE FILIIS IUDA QUI NON
 POTUERUNT DISPERDERE IEBUSAEOS DE IHERUSALEM.**

Filius iuda uolebat disperdere uel intermere iebusaeos de iherusalem & non po-
 tuerunt. propter quod habitauerunt iebusaei cum filiis iuda in iherusalem usq;
 in hodiernum diem. uolumus aliter incipientes requirere ab his qui pu-
 tant haec secundum litteram stare posse. quid est quod dicit usque in hodie-
 num diem. quod uerbum scriptura pro eo ponit. ut aeternitatem seculi
 per hoc significet. sicut dicit. nolite recedere a dño in hodiernum diem.
 hoc ē donec seculum stet. ostendant ergo mihi quomodo iebusaei donec
 saeculum stet habitent cum filiis iuda in iherusalem quippe cum ne ipsi
 quidem filii iuda habitent iherusalem. Ideo ergo nec istud uerum esse.
 poterit quod iebusaei cum iudeis habitent in ea. sed nos intellegimus haec
 sp̄q̄ aliter adsumentes euangelii parabolam quae dicit de zizanis. si uite
 utraque crescere. p̄ se forte uolentes eradicare zizaniam. eradicetis simul
 cum tritico. & triticum. sicut ergo in euangelio permittuntur zizania simul
 cum tritico. & coalescere. eodem modo & iam hic qui in iherusalem. id est in
 ecclesia sunt iebusaei isti qui ignobilem & degenerem uitam ducunt. qui fide &
 actibus & omni conuersatione peruersi sunt. neque enim possibile est ita uone-
 que impius in ea nec quisquam peccator residere uideatur. sed sint in eam
 nes s̄i & beati. & in quibus nulla prorsus peccati macula deprehendatur.
 sed sicut dicitur de zizanibus. p̄ se forte eradicantes zizaniam. eradicetis simul
 cum eis & triticum. ita & iam super his dici potest in quibus uel dubia uel oc-
 culta peccata sunt. neque enim dicimus de his qui manifeste & euidenter
 criminosi sunt. & non de ecclesia expelluntur. Audi ergo scripturam dicen-
 tem. qui non potuerunt filii iuda disperdere iebusaeos sed habitauerunt.